



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem, ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

18. Non peccandi non modo possibilitatem, sed etiam facilitatem  
asserunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13650**

Non peccandi non modo possibilitatem, sed etiam facilitatem asserunt.

CAPVT XVIII.

**S**ED parum Pelagianis fuit possibilitatem vivendi absque peccato omnibus hominibus tribuere, etiam magnam tantae rei facilitatem asserunt. Hinc Hæresiarca ad Demetriadem: *Quod idem à n. bu. facere dicitur (laudanda scilicet natura) ut tibi placet, iam ad perfectam iustitiam sternere tuam, quam eos facilius currere possis, quam in ea nihil asperum, nisi ille inaccessibile esse cognoveris. Quam sententiam infra latius ita prosequitur, ut eos qui de duritie præceptorum & humana fragilitate conqueruntur, Deum duplicis ignorantia accusare dicat, quasi nescit quid faciendo hominem fecerit quid iubendo præceperit. Familiaris namque Pelagianorum consuetudo est, præceptorum facilitatem inculcare. Facilitas, inquit Hieronymus, dicitur Dei esse mandata & tamen in illis proficere potes qui unquam compleverit.*

*Et cum in illo scriptura loco, qui gloriam in se habere cor. Quis pro di. cili usurpari respondisset; collecto sententiam infert Hieronymus, & modo de libro tuo facias Dei esse mandata. Nam facilia esse mandata & facile vitam absque peccato transigi, eadem esse indicant Pelagianis, vel unum ex altero consequi. Unde Celestius iustitiam perfectionem cum se probasse sufficienter putat probando ex Apostolo Iohanne quod mandata eius gratia non sunt. Et quamvis in Synodo Palestina, nonquam Pelagio obiectum fuerit, quod facile hominem sine peccato esse posse dixisset, sed tantummodo quod posset esse sine peccato & mandata Dei custodire si vellet hoc tamen accusatorum putatur contigisse negligentia qui nescio quia incurrat, inquit Augustinus, minus posterunt verbum de quo non pa. vi. est. contr. verba. Nam & in libro Capitulum qui in ipso exordio hæresis nascentis exaratus est apertissime Pelagius asserit posse hominem sine peccato esse & mandata Dei facile servare. Quomodo etiam questio nem illam proposuit Augustino Hilarius, cum primum Syraculis inciperent illa zizania pululare: & in quadam Epistola quam Pelagius post Palestinum iudicium ad quod emdam presbyterum amicum dedit, palam teste Augustino ita gloriari ausus est, ut non solum possibilitatem non peccandi, sed etiam facilitatem sicut in libro Capitulum eiusdem Pelagii positum est, iustitiam habuisse doctrinam. Neque ab hac facilitatis prædicatione etiam post Concilia Palestinum atque Africanam quibus hæresis illa succisa est, discessit Iulianus, Nam in primo quod adversus Augustinum exaravit opere: *Perfacile, inquit, studio sanctitatis, quod Deus adiuvat, potest homo carere peccatis.* Et in postremo ad facilitatem iustitiae*

**A** ostendendam, Pauli Apostoli verba pertractans: *ne iudicium, ait, & inaccessiblei homini* *Lib. 2. operis*  
*pro-cipere videret, & verbum de e. n. utidine usurpari, imperf. cont.*  
*ut in manum dicitur id est, facile, tractabile & quod* *Lib. 1. fol. 454.*  
*causam comparatione miscet. Quod enim ap-*  
*posito Dei adiutorio impietatem tantillum*  
*temperat, mirum est astutia versipellis ludi-*  
*brium, quo legem atque doctrinam pro di-*  
*vina gratia adiutorio minus cautis conatur*  
*obtrudere.*

Ex hac igitur facilitatis iustitiae opinione quam tota illa hæresis contra Catholicos plenis buccis prædicat, gloriatio illa nascitur qua passim iactare solent, quod cum se audiunt, a. c. nduntur b. mince ad virtutem, cum autem Catholicos doctores audiunt, de desperatione franguntur ac renuntiant, iudis perfectis. Itemque se propter perfectionis prædicationem irridiam pati.

**B** Quæ quidem perfectionis facilitas duobus apud eos carminibus vertitur. Primus est quod concupiscentiam quæ omnium tentationum nostrarum seminarium est, jusque motus quibus terrenis rebus inhiat, malos esse pernegarent. *Ex proposito, ait Iulianus, non esse in natura a malum defendimus, ut ad virtutem st. dia homines incitemus; incitantibus nullam vim in ita rationem esse virtutis, ut non ad illud, adjuvante Deo, mens qui ad suavis evadere.* Et alibi: *homines convenimus, Lib. 1. operis*  
*ne vobis celeres, emendationis desperatione frangantur, & recedant ab er. diti ne Christi, quasi ea præcipientis quæ capere in rationem natura non possit, quippe malo aggravata cogentio.* *Lib. 1. imperf. cont.*  
*Qua de re plura supra diximus. Videbant enim difficillimam est perfectionem vivendi absque peccato si homini ab ipso ortu ingenti fuit motus mali, contra quos perpetua contentione dimicandum sit; facilem vero si motus huiusmodi statuatur naturaliter boni. Advertit hanc eorum versutiam scopumque, fugillatque Augustinus dicens: *Ita quippe potest facillime vera etiam esse vestra sententia quæ dicitur hominem sine peccato esse si velit, non est enim quoniam odo faciat quod non licet, quando licet quidquid libet, quia bonum est quod naturaliter libet &c.**

**C** Alter cardo quo facilitas illa nititur, est naturalis possibilitas & flexibilitas voluntatis. Non peccare enim fit voluntatis arbitrio; quidquid ex voluntatis pendet arbitrio, consentit illi, hoc fit si velis, non fit si nolis. Unde Celestius, si voluntate fit ut sine peccato non simus, perfacile potest voluntas voluntate mutari. Et usitata illa inter Pelagianos ratio & vox: *Si iust. e. 6.*  
*voluntatis non peccamus, quæ profecto si vera est, omnes omnino bene vivendi difficultates velut fulmen proterit. Sed de hac liberi arbitrij potestate plura superius consulenda sunt.*

Epist. ad Demetriadem.

Epist. ad Crispin.

Proverb. 20.

Lib. 2. dial. ad vers. Pelagii non procul a fine.

Lib. de perf. iust. e. 1. apud Aug.

1. Ioh. 5.

Lib. de gestu Pelag. e. 30.

Epist. 88. apud Aug. rid. & Ep. 95. vers. 6. & lib. de gestu Pelag. e. 35. ubi testatur illum Pelagium fuisse doctrinam.

Lib. de gestu Pelag. e. 30. & 31.

Aug. cont. Jul. e. 3.

Aug. lib. 3. cont. Jul. 8. vide & lib. 3. c. ult. & lib. 1. operis imperf. 106

lib. 2. e. 8.

Lib. 3. cont. Jul. e. ult.

Lib. 1. operis imperf. cont. Jul. f. 166.

Lib. de perf. iust. e. 6.

